

« ostensionem suae verae humanitatis et exempli « exhibitionem, declinandi malitiam superborum et « ad exemplum patientiae in sustinendo injurias. » Salmeron in hoc facto duas sententias verificari notat. Prima videlicet, *Prov.*, xix, 11 : *Doctrina viri per patientiam noscitur*. Secunda vero, *Prov.*, xx, 3 : *Honor est homini qui separat se a contentiombus*. « Sunt enim, » inquit ulterius idem Auctor, « qui a dedecore ducunt, non semper respondere et repli- « care, ut ita ignem iracundiae et contentionis « accendant et, ut dicitur, nimium altercando amit- « titur veritas. » S. Thomas alia duo fugae hujus tangit mysteria, nimirum : « Ut daret fidelibus suis « exemplum declinandi persecutores suos. Secundo, « quia non elegerat hoc genus mortis, sed potius « in ara Crucis voluit immolari et quia nondum im- « pletum erat tempus, adhuc fugit. » Idem quoque S. Doctor Christum se in virtute divinitatis suae, suis se inimici invisibilem reddidisse asserit : « Non « autem abscondit se sub lapide, vel in angulo, sed « potestate suae Divinitatis invisibilem se eis exhi- « bens exivit et recessit. » Cajetanus quoque ait : « Redditus est invisibilis ab eis ; » id quod Jansenio occasione dedit dicendi : « Qui jam verbis suam « aperte significavit Divinitatem, eamdem reipsa « ostendit, cum abscondit se ab eis, reddendo se « illis invisibilem. » Dionysius Carthusianus hanc absconsonem duobus modis interpretatur : « Dupli- « citer potest intelligi, primo quod percussit eos « caecitate, qua aliquid non videtur, cum alia « videatur, vel si videtur, non agnoscitur ; secundo, « quod Jesus divina virtute fecit, ne color corporis « sui immutaret visum Judeorum. »

**10.** — Quod ad sensum moralem vero S. Bonaventura observat Salvatorem, qui est is de quo scribitur : *Ego sum veritas*, se abscondisse, ad « designandum, quod eis veritas absconditur, qui « ejus verba contemnunt. »

**11.** — Salmeron alio modo hanc fugam ponderat, dicit enim : « Cavendum nobis est, ne dum « Christus per seipsum vel per Ecclesiam, vel per « Angelos et Praedicatorum nos alloquitur, ne inquam « lapides tollamus, ne inquam dura corda assumamus, quae nec beneficiis molliantur, vel flagellis « frangantur, nec luminis Dei cedant, quibus dicitur : *Hodie si vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda vestra*, nam Christus abscondit se ab « induratis. »

#### Exiit de templo.

**12.** — « Designans derelictionem illorum, » inquit Albertus Magnus, « et transitum ad gentes, « *Matth.*, xxiii, 38 : *Ecce relinquetur vobis domus « vestra deserta.* »

**13.** — Rupertus Abbas Tuitiensis considerat quod infortunia, quae ipsis deinceps obvenirent, satis illos a Deo derelictos et abjectos esse subindicant : « Mala subsequencia praeberunt vere de « templo illo exiisse et de civitate illa abisse Ie- « sum. »

#### Additio.

**a.** — *Tulerunt ergo lapides ut facerent in eum*. Ipso in templo Christum intentant lapidare Judei, sed valde notandum est quod Jesus statim se subduxit ex templo, ad indicandum quod in penam jam templum illud carebit Christi praesentia in perpetuum, quod gravissimum supplicium est. Sacro- rum enim locorum profanatores a Deo poena puniuntur aeterna, seque divina misericordia indignos efficiunt. S. Paulus Apostolus, *I Cor.*, iii, 17, ait : *Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus*. Quae verba, licet de mystico Dei corpore, quod nos sumus, intelligi possint, quia Paulus ante praemis- rat : *Nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis ?* Unde Hugo Cardinalis dicit super illum textum : « Quod facit omnis peccator mortali- « ter ; » attamen etiam literaliter de templo materiali, quod in Dei honorem consecratum et dedica- tum est, intelligi queant. « *IV Reg.*, x, 27, legitur « quod Jehu violavit templum Baal et fecit cloacas. « Nunquam vero aliquis sic fuit iniquus, ut id face- « ret templo Domini, » inquit praefatus Hugo, « sed « nos quotidie hoc facimus de templo Domini, id « est, de cordibus nostris. Josephus narrat quod « Pompeius fecit de templo Domini stabulum « equorum, sed nos de nobis facimus praesepe « demonum. » Elius Adrianus posuit idolum Jovis « in templo, sed nos omnia idola demonum poni- « mus in templo quod nos sumus. » Ac proinde merito nobis Apostolus comminatur dicens : *Disperdet illum Deus*. Ubi idem Hugo ait : « Disperdet « eum, scilicet in corpore et anima, quasi sacrile- « gum. » Hoc deplorat Jeremias, *Thren.*, iv, 1, dum ait : *Quomodo dispersi sunt lapides sanctuarium ?* Similem quoque expositionem S. Thomas eisdem verbis adhibet dicens : « Violat aliquis templum per pec- « catum mortale, per quod aliquis, vel seipsum cor- « rumpit, vel alium opere, vel exemplo. » Quotquot enim Deum in templo materiali offendunt, primo quidem templum animae propriae profanant, secundario vero, etiam domum Dei, per irreverentiam suam, et maxime per scandalum, et pravum, quod aliis in ea exhibent, exemplum dehonestant. « Sic « autem, » inquit S. Thomas, « dignum est ut dis- « perdatur ille a Domino, per damnationem aeternam. »

## FERIA SECUNDA PASSIONIS

EVANGELIUM JOANNIS, CAP. VII, VERS. 32

32. Miserunt Principes et Pharisei ministros, ut apprehenderent eum.  
33. Dixit ergo eis Jesus : Adhuc modicum tempus vobiscum sum, et vado ad eum qui misit me.  
34. Quaeritis me, et non invenietis, et ubi ego sum, vos non potestis venire.  
35. Dixerunt ergo Judaei ad semetipsos : Quo hic iturus est, quia non invenimus eum ? Numquid in dispersionem Gentium iturus est, et docturus gentes ?  
36. Quis est hic sermo, quem dixit : Quaeritis me et non invenietis, et ubi ego sum, vos non potestis venire.  
37. In novissimo autem die magno festivitatis stabat Jesus, et clamabat dicens : Si quis sitit, veniat ad me et bibat.  
38. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquae vivae.  
39. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.

#### VERSUS 32.

*Miserunt Principes et Pharisei ministros, ut apprehenderent eum.*

#### Miserunt.

**1.** — Theophylactus hoc loco observat quod turba adversus Salvatorem murmurans satis se quoad affectum solitum et fidem in eum plurimum remisisse ostendat : « Nam a Principibus separari « volebat id, quod illi sentientes miserunt ad com- « prehendum Jesum, ob eam duntaxat causam, « quod Christus esse credebatur. Miserunt, sed « non ipsi venerunt, metuentes turbam ne tumultu- « tuaretur, et propterea ministros mittant, seipsum « subducentes, ne quid periculi subirentur, illos « autem furori populi exponentes ; ita undequaque « quod suum erat, sectabantur. » Etenim tritum est proverbium, quod lacrata veste, senta projeciantur in aera ; Principes enim ut plurimum subditos periculo et manifesto facultates et vitam suam amittendi discrimini exponunt, ut suas prosequan- tur male consultas resolutiones et proposita, cum tamen potius ipsis auctoritate et consilio suo ipsis secuti et haste loco in eorum defensionem inservire deberent. Porro finis quem apparenter habebant, erat ut Dei zelarent honorem, ideo enim Filium ejus, veluti sabbati transgressorem accusabant, cum tamen, in substantia, mera ducebantur invidia ; ita namque persepe fieri solet, quod Principes sub pretextu boni publici in totale exterminium redigant subditos, in veritate autem agebantur per- passiones suas privatas, non vero propter univer- sale beneficium subditorum.

#### Principes.

**2.** — S. Cyrillus Alexandrinus, *lib. V in Joann.*, dicit : « Quodque minus ferendum est, non homi- « num de trivio haec deliberatio est, sed cadunt « talia Sacerdotum Principes. » S. Bonaventura quoque eandem habet observationem, scilicet quod ad hanc, quam Christus intendebat, captivitatem instituendam, non se turbae moverint, sed Princi- pum duntaxat ea resolutio fuerit : « Non multi- « tudo, quae Principatum non cupiebat, neque a « modore capi poterat. » Quotquot enim imperium moderantur habent, alios praeter ipsos honorari ferre non possunt. Principes miserant, inquit Glossa, « audito murmure, quo Christus a turba « gloriabatur. » Ecce remunerationem quam Magnates Deo exhibent, qui eos sublimavit in hoc saeculo, *Ose.*, vii, 15 : *Ego confortavi brachia eorum, et ipsi cogitaverunt in me malitiam*. Solus Deus est, qui potestatem et dominium Principibus contulit, *Prov.*, vii, 15 : *Per me Reges regnant*, unde Judaeae Praesidi aperte dixit, *Joan.*, xix, 11 : *Non haberes potestatem, nisi tibi data esset desuper*. Et in libro Sapientiae, vi, 2, Spiritus Sanctus dicit : *Audite Reges et intelligite : Datus est a Domino potestas vobis ;* videte autem qualiter potestate sibi a Deo collata abutantur, nimirum ad Christum Dei Filium capiendum et mortem ei machinandum : *Miserunt ministros, ut, etc.* Salmeron proinde, *tom. VIII, tract. xxxvi*, ait : « Instruimur ex hoc loco omne malum « oriri a falsis Principibus, sicut omne bonum a « bonis ; unde apud Danielem legitur : *De Babylone « egressa est iniquitas a senioribus iudicibus, qui « videbant regere populum.* » Christus confusus est

in crucem, sed ad requisitionem Principum et condemnante Pilato, qui et ipse dixit: *Pontifex tui tradiderunt te mihi.* Baptista decollatus fuit, sed a Rege sicut et in ferventis olei lebetem S. Joannes Apostolus immissus fuit, sed Imperatore quodam idipsum jubente. S. Jacobus Major gladio caesus est, sed ab Herode, sicut et ab alio quodam Herode Rege, immanis illa innocentium strages instituta fuit, sperante se, in tot puerorum necatorum numero, quoque Filio Dei necem illatorum esse. Et ita deinceps serio quae passim sunt consideranti patebit, quod omnia mala quae Ecclesia et Christus in servis et sequacibus suis patitur, suam magnitudinem et iis qui tyrannice dominantur derivent originem, nam ut idem Auctor subjungit: « Si Principes prospicerent, non audiremus tot blasphemias Christi et Sanctorum, non despicerentur templa et sacerdotes, non seminarentur tot haereses, non eederentur tot libri pestiferi, non esset renascentia justitia, non immortales lites, non se ingereret Ozias, moderationem acciperent pompa. »

#### Et Pharisei.

3. — S. Cyrillus ait: « Cum lex aperte pronuntiet: *Innocentem et justum non occides*, ac propterea clamet, non eris cum pharibus in multitudine, ardent tamen interficendi Christi cupiditate legis ipsi custodes et qui sanctorum Moysis praeceptorum explanationem sibi arrogabant. » Observat Tolotus, quod pessimas post se consequentias trahat, quod: « Qui tenebantur turbam dirigere et illustrare, ut veritatem cognosceret, remouent et deterrent a veritate sequenda, ut verum sit, quod Dominus illis objecit, *Matth.*, xxiii, 3: *Vae vobis, Scribae et Pharisei, qui clauditis regnum caelorum ante homines.* » S. Cyrillus ait: « Ut sacerdotes dignitate, consilio et prudentia Dei, voluntate consentanea his illos praestare dicebat. »

#### Ministros.

4. — Salmeron hic ostendit, quantopere in hac occasione verificatum fuerit dictum illud, *Eclii.*, x, 2: *Secundum iudicium populi, sic et ministri eius; et qualis rector est civitatis, talis et inhabitantes in ea.* Et alibi dicitur, *Prov.*, xxix, 12: *Princeps qui libenter audit verba mendacii, omnes ministros habet impios.* « Non mirum ergo est, cum principes et Pharisei impii essent et mendacium diligerent, si ministros impios et ad omne nefarium facinus paratos haberent. » Hi ministri utique ne quidem prima sacre Scripturae elementa sciebant, alias in iis scriptum legissent, *Psal.* civ, 15: *Nolite tangere Christos meos et in Prophetis meis nolite malignari.*

#### Ut apprehenderent eum.

5. — Pharisei et Principes Sacerdotum, ad quos spectabat populum in pietate et devotione instruere,

tanta fuerunt adversus Christum invidia et odio succenssi, eo quod populum Christo optime affectum viderent, ut violentam illi necem inferre decreverint: « Ut quod ad tempus differre staterant, » inquit Jansenius, « jam diutius non differendum esse putarent, re ipsa satis declarante, ut anno- tavit Chrysostomus, magis eos torrisse gloriam Domini apud populum, per quam suae gloriae diminutionem metuebant, quam sabbati violati, » sicut illi putabant transgressionem; tanta pestis est ambitio religionis et doctrinae pretextu facta. » S. Thomas quoque hanc illorum detegit invidiam, considerans illos nunquam turbas aut commotiones aperte excitasse, nisi postquam a populo ipsi exhibitos vidissent applausus: « Quando vident turbam ei acquiescere, statim concitantur contra eum, et insanientes, eum occidere cupiebant; ex quo patet, quod sabbati solutio non erat vera causa odii eorum, hoc sed eos maxime mordebat, quod turbae Christum glorificabant. » Cajetanus inquit: « Ecce provisio quam fecerunt, ne cresceret multitudo credentium in Christum. » Dionysius Carthusianus similiter per haec verba livorem exprimit, quo intus ardebant: « Livore contra Christum accensi et tabefacti, audio quod turbae confitentur et glorificaverunt Jesum, asserendo quod esset Christus et plurima faceret signa, timebant, quod reciperent Jesum pro Rege Messia; » idcirco collocti sunt cum principibus sacerdotum, vel principalioribus Iudaeorum de occasione Christi et inito pacto miserunt ministros, ut caperent Jesum. » Hugo Cardinalis in demonstrat Iudaeos ad Jesum apprehendendum nullo alio fuisse motivo inductos, hoc argumento utitur: « Nota quod supra sabbati violationem praetendebant quasi velum invidiae, sed hic non possunt aliquid arguere, neque in dictis, neque in factis; unde patet quod sola invidia movebantur, quia scilicet turba laudabat eum. » Adjungit Salmeron: « Amittendi terrena bona metus et gloriam suam immendi apud multitudinem jam in Christum pro pensorem. » Alia quoque motiva erant, quibus ad hoc tam immane facinus exstimulabantur; prius enim, inquit Salmeron, illum occulte capere volebant; nunc solum « Exuto omni pudore et invidia impellente manifeste capere intendunt et saepe peccata secreta Deus in publicum prodire permittit, ut eorum iniquitas, qui sanctitatem praetendunt, detegatur. »

6. — Idem Auctor: « Ut vivum vel mortuum adducerent et comprehenderent incomprehensum, et ut ligarent salutem et vitam ne vididiret. »

#### VERSUS 33.

*Dixit ergo eis Jesus: Adhuc modicum tempus vobiscum sum, et vado ad eum, qui me misit.*

#### Dicit ergo eis Jesus.

1. — Salmeron, tom. VIII, tract. xxxvi, ob oculos nobis ponit Verbum Incarnatum ex una quidem parte, ministris a Principibus Hebraeismi ad ipsum capiendum missis, omnique armorum apparatu instructis, circumdatum, ex altera vero parte sola divini verbi sui armatura communitum, quo tamen eosdem disputando adeo convincit, ligat et stringit, ut qui eum capturi advenserant, funibus, catenis, compedibusque projectis, ipsimet predicationis ejus suavitate, efficacia et veritate vinciti et constricti remanserint, dicentes, *Joon.*, vii, 46: *Nunquam sic locutus est homo.* *Omnipotens sermo tuus, Domine;* adeoque qui tigrides et leones fuerant, in mansuetissimos agnos fuerant commutati, factique sunt mansuetudinibus, bonitatis et beneficentiae Christi mancipia et captivi, ut vere dici possit: *Manus tuae in cervicibus inimicorum tuorum.* *Genes.*, xlix, 8. De Elia quidem scribitur quod ad concremandum quinquagenarium illum, qui cum quinquaginta satellibus ad eum capiendum advenerat, ignem de caelo evocavit; at vero longe majori cum suavitate Eliseus cum militibus a Benadab, ad eum ligandum et vincendum missis processit, dum illos in Samaria lauto convivio excepit, haecque ratione confusus, suscepit eis impense charitatis vinculis constrictos ad suos denuo remisit: « Ad hunc modum Jesus Filius Dei ministros missos ut se comprehenderent, igne charitatis suae et reti potentis verbi sui comprehensus, et egregio convivio predicationis exceptos, qui prius mortui erant, vivos remisit ad Principes et Phariseos, ut testimonium apud illos de se, quis esset, ferrent et tanquam Christi ministri jam facti Phariseos et Principes allegarent. » Ad quod magis declarandum idem doctissimus Auctor duas adducit historias, unam quidem sacram, alteram vero profanam; de Saulo etenim S. Lucas, *Act.*, ix, 1, dicit, quod *Spirans minarum et caedis in discipulis hominis*, in Damascus abiret, ut vinculis, catenis et compedibus manus pedesque innecteret Christianorum; cum ecce ipse eadem in via retribus Evangelicis irretitus, Apostolus, vas electionis et Doctor Gentium a Deo declaratus fuit. De Marco Antonio pariter refert Valerius Maximus, quod cum ad inferendum ei necem Centurio quidam multis stipatus militibus ad eum accessisset, ipse utpote eloquentissimus ex industria sublimi quodam loco consensio causam suam coram eo tanta cum efficacia peroravit, ut confestim mutato consilio ab iniquo suo attentato, consiliisque destitit.

2. — Hugo Cardinalis, et ante ipsum diem, Chry-

stostomus, *Hom.* xlix in *Joon.*, ponderat: « Quod potens loqui dure, potius humilia loquitur; cum posset et flectere, et perterere audientes, et quantavis loquitur humilitate; quasi dicat: Quid me interficere queritis? quid me persequimini? modicum exspectate et non querentibus vobis, me vobis capiendum exponam. » S. Cyprianus quoque de bono patientiae ita scribit: « Patientissimum sine sustinet, cumque habeat in potestate vindictae, mavult diu tenere patientiam. »

3. — Theophylactus Christum hisce ministris ad se missis, occultam ipsorum intentionem qua ad ipsum capiendum venerant, aperuisse dicit: « Ostendit, » inquit, « quod sciat causam professionis illorum et quod vellet ipsum occidere, ideo predictit eis mortem suam, quod ad parvum tempus sit, ut vadat ad Patrem. » Albertus Magnus inter haec Christi verba et mortem ejus septem mensium intercessisse dicit, illudque quod in hoc Evangelio narratur, in Septembri ultimum predicationis suae annum antecedente accidisse opinatur. Cajetanus vero sex tantum mensium spatium intercessisse existimat.

4. — Idem Auctor ait: « Aperit Jesus se nolle adhuc comprehendi, dicendo, se adhuc modico tempore cum illis permanisurum, ac si aperitus dixisset: Non est adhuc tempus, quo ego volo apprehendi, superest enim modicum tempus. » Idem quoque Lucas Brugenensis his verbis scribit: « Deridet eorum conatus, quod frustra omnia moliantur, donec tempus a se, Patreque decretum adveniret et divinum tum omnipotentiam, tum omniscientiam suam re ipsa declarat. » Et quidem omniscientiam suam declarat, dum oculos eorum machinationes et consilia ipsis manifestat; omnipotentiam vero suam indicat, dum illis aperte dicit, quod ne pilum quidem sibi laedere, multo minus occidere possint, eo quod etiam nam aliquosque inter ipsos remanere staterit: « Ut cujus neque vita, neque mors arbitrio ipsorum, sed suo ipsius subjecta sit. »

5. — S. Thomas hoc loco tres adducit rationes, ob quas Sapientia Incarnata, adhuc ad breve tempus, hic inter nos predicationis suae officium administrare disposerit, quarum prima est, ad demonstrandam suam virtutem, quod in tam brevi tempore, totum mundum immutaret; secunda est, ad excitandum desiderium discipulorum, ut scilicet magis eum desiderarent, quem modico tempore, corporali praesentia habaturi; tertia, ad augmentandum discipulorum spirituale profectum. »

6. — Verum enim vero, ut infinita Salvatoris nostri benignitas tanto evidenti appareret, sciendum nobis est, quod tametsi eum ad mortem inferendam capere voluerit, non tamen de hoc querevole loqui non omissit, non quasi mortem pro-

nostra salute invitus subierit, sed quia majus temporis spatium, quod ad illis largius benefaciendum sibi presumerat, ex tali machinatione defuturum esse cognoscerebat. Unde Rupertus Abbas Tuitiensis, *lib. VII in Joann.*, hunc verborum Christi sensum esse ait: « Ac si diceret: tam cito vultis me comprehendere? sic festinatis occidere, et quia gravis sum vobis ad videndum, jam nunc e cœtu viventium proferatis excludere me? sustinebitis et expectabitis paulisper. » Sed quoniam hæc, quam ab illis requirebat, tolerantia spectabat? *Donec perficiam salutem*; adeoque dilationis hujus finis erat, ut magis illis beneficeret. Advertendum quoque est, quoniam verborum illorum: *Vobiscum sum*, sensus fuerit. Hugo Cardinalis dicit: « Nota quod non dixit simpliciter: *Hic sum*, sed *vobiscum sum*, id est, ad utilitatem vestram, quasi dicat: « Elsi persequimini me, parvo tamen tempore non cessabo docens et monens utilia. » Albertus Magnus quoque hunc loquendi modum ponderans, dicit: « Nota ex modo loquendi, quod Christus erat eum eis et non e converso, quod ipsi eum Christo, quia Christus operabatur salutem in medio omnium, quoniam ipsi Christum quaerent ad mortem. »

7. — Dionysius Carthusianus in eundem fere sensum hæc verba interpretatur, dum ait: « Adhuc parumper ambulabo in populo ad docendum eum et ad complendum opera quæ Pater dedit mihi et ut faciam. » Theophylactus præ cæteris melius ita exponit: « Sensum habet hunc: Etiamsi persecuti fueritis, etiamsi abegeritis, ego autem *vobiscum sum*, hoc est, pro vobis curam gero et loquor ea quæ ad salutem vestram spectant. »

8. — S. Thomas, in *Joann.*, Salvatorem hisce verbis insinuare voluisse putat: « Suam potestatem et patiendi voluntatem; potestatem in dilatione mortis. » Satis enim illis verbis declaravit quod tametsi Pharisei eum tunc ad mortem capere voluerint, ipse tamen mortem suam per aliquod tempus differre decreverit, *Joan.*, x, 18: « *Nemo tollit animam meam, sed ego pono eam*; et ideo dixit eis: *Adhuc modicum tempus*, quasi dicat: « vultis me interficere, sed hoc non est positum in voluntate vestra, sed mea: Ego determino quod *adhuc modicum tempus vobiscum sum*. »

9. — Idem quoque Angelicus Doctor rationem reddit, cur illis hæc temporis modicitatem, quo inter ipsos commorari volebat, notificavit; dicit enim: « In quo quidem Dominus satisfacit, primo turbæ, quæ eum venerabatur, faciens eam magis avidam ad audiendum, quasi parvo tempore derelicto, in quo possent hæc doctrina potiri: *Dum lucem habebitis, credite in lucem*. Secundo vero turbæ, quæ eum persequabatur, quasi dicat: « Non diu differatur desiderium vestrum de morte mea, unde patienter sustinete. »

10. — Porro ex hæc dictione, *Adhuc*, motivum insigne, pietatem et misericordiam Dei admirandi deducere possumus, quæ licet ex nostra iniquitatibus obstinatione et duritie exasperetur, ultimum tamen divine justitiæ suæ gladium, ad nostram emendationem suspendit: *Adhuc quadraginta dies, et Nivive subvertetur*. *Adhuc una plaga longam Pharaonem et Egyptum*. Unde S. Athanasius ait: « Non dixit: *Post triduum subvertetur*; nam omnino ita factum fuisset, sed *adhuc et tres dies*, ut in eo verbo, *adhuc*, tolerantiam Dei intelligeremus; nimirum Salvator noster per hanc supplicii sui suspensionem et per mortis suæ dilationem illos non solum a tanti sceleris atrocitate impedire, etiam per miraculorum suorum multipliciter, verum perque honorum et gratiarum suarum, quas sex illis mensibus adhuc reliquis in universam Judæam et populum illius diffusurus erat, abundantiam, nec non per prædicationis suæ efficaciam, eosdem ad veram notitiam ab errore suo respicientiam perducere et lucrari volebat, prout etiam paucos ex ipsis reipsa lucratus postea fuit. »

11. — Chrysostomus varios animi sensus considerat, quos multitudo illa, salutare hoc monitum: *Adhuc modicum tempus vobiscum sum*, audiendo concepit: « Simpliciter multitudo his verbis movebatur, audacior timebat, studiosior festinabat ad audiendum, ac si breve sibi tempus reliquere tur ad ejus doctrinam percipiendam. » Qua in re utilissimum nobis dederunt documentum, ne scilicet occasiones bonas, quæ nobis ad cooperandum saluti nostræ offeruntur, sine fructu nos præterire et elabi sinamus. »

12. — Theophylactus et Vatablus legunt: *Adhuc pusillo tempore vobiscum sum*, ubi notandum est, quod quando æterna veritas de tempore dixerit, ut plurimum unciatim, drachmatim et momentaneum de illo loquatur. Quando jam in cœlum ascensus erat, Apostolos suos hisce verbis alloquitur, *Act.*, 1, 7: *Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate*; diu vero ante in sermone in ultima Cena habito, universum illud temporis spatium, quod a morte sua ad finem usque sæculorum transigendum erat, *Modicum appellavit*, dicens, *Joan.*, xvi, 16: *Modicum et non videbitis me, et iterum modicum, et videbitis me*. Ubi S. Augustinus, *tr. xi in Joann.*, ait: « Modicum est hoc totum spatium quo præsens pervolat sæculum. » Apostolus quoque ait, *II Cor.*, vi, 2: *Ecce nunc tempus acceptabile*. Imo et Gentilis Seneca de brevitate vitæ ita scribit: « Præsens tempus brevissimum est, adeo quidem ut quibusdam nullum videatur, in cursu enim semper est, fluit et præcipitatur, ante desinit esse quam venit. » Salmoron super hæc verba ita scribit: « Quare intelligimus nobis quoque dici: *Adhuc modicum tempus vobiscum sum*; exiguum enim et cum tædio est tempus

vite nostræ, vapor est ad modicum parens, et *deinceps exterminabitur*, ut ait frater Domini; ideo hic quaerendus est et audiendus, non in morte, quando sera est penitentia. »

*Vado ad eum qui me misit.*

13. — Dicit ad eum, qui misit illum, iterum, inquit Jansenius, « velut eos terrere volens; quasi de ipsis apud Patrem sit conquestus, eosque accusaturus. » S. Cyrillus vero omnino contrarium opinatur, scilicet, quod per hunc loquendi modum summam suam mansuetudinem et benevolentiam exhibere voluerit, unde dicit: « Summa enim moderatio et singulari cum mansuetudine conjuncta est oratio, sed ad exemplum nostrum instituta; unde Paulus, *I Tim.*, iii, 3, Dei servum, ait, litigare non oportere, sed mansuetum esse erga omnes, cum modestia corripientem eos qui contradicunt; decet animum Dei amantem vacuum esse omni tumultu et asperioris iræ motibus. »

14. — Theophylactus Christum dicere voluisse existimat, ad suum beneplacitum mortem suam esse futuram: « Dicendo *vado*, significavit mortem suam voluntariam. » Hugo Cardinalis in hæc Christi sententia evidens quoddam divinitatis ipsius signum esse prodere dicit: « In hoc etiam ostendit suam Deitatem, quia non est humane mentis suum obitum præscire vel prædicere; quia nec etiam Psalmista sciebat; unde, *Psal.* xxxviii, 5, ait: *Notum fac mihi Domine faciem meam et numerus dierum meorum quis est, ut sciam quid desit mihi*. » S. Cyrillus Christum hisce verbis dicere voluisse asserit, quod frustranea essent, quæ adversus ipsum machinabantur consilia: « Comprimitis invidiæ zelum, frustra quippe emititur; non subjiciet morti eum qui vita est; evolabo ad eum, ex quo sum et ascendam rursus in cœlum. »

VERSUS 34.

*Quæretis me, et non invenietis, et ubi ego sum, vos non potestis venire.*

*Quæretis me, et non invenietis me.*

1. — Chrysostomus quaerit hoc loco quandonam predictio hæc adimpleta fuerit? Idem ubinam quaerierunt eum Judæi? referuntque testimonium S. Lucae asserentis quod mulieres Hierosolymitanæ eum in Calvarie monte abeuntem deservierunt; subjungit vero idem Chrysostomus: « Ita et alios multos erodibile est, et statim captis Hierosolymis, Christi et miraculorum ejus meminisse et eum desiderasse consentaneum est. » Dionysius Carthusianus aliud quoddam adducit motivum; dicit enim Christum dixisse: « *Quæretis me*, hoc est, auxilium meum implorabitis et non invenietis me ad libitum vestrum, tempore destructionis Jerusalem a Roma-

nis. » Hugo Cardinalis similiter ait: « Non invenietis propitium in tribulatione. »

2. — Dionysius Carthusianus, quantum ad sensum moralem dici posse existimat, Christum illis anticipatè vaticinari voluisse, quod illum post illud tempus ad inferendam ei necem quaesituri essent, irrito lamen prorsus conatu, nisi aedat voluntas ejus; sic namque post patrum resurrectionis Lazari miraculum, edictum quoddam promulgaverunt, ut omnes quibus locus, ubi moram trahebant, cognitus esset, eum protinus manifestarent. »

3. — Cajetanus Christum hisce verbis ad inquisitionem illam alludere voluisse existimat, quod corpus ejus post mortem retinere possent, laboraturi erant: « *Quæretis me* ad retinendum, et *non invenietis me* resurgente; custodia enim, quam procurant poni in sepulchro Jesu, ne forte venirent discipuli ejus et furarentur, fuit quaerere Jesum ad retinendum corpus ejus, sed non invenerunt, quoniam tertia die resurrexit. »

4. — S. Augustinus, *tract. xxxi in Joann.*, dicit Christum de ea inquisitione fuisse locutum, qua post ejus resurrectionem illum ex compunctione cordis requisituri erant: « Quia quaesituri illum erant post resurrectionem compuncti. » Lyrans quoque scribit, quod post ascensionem Domini multa ab Apostolis ejus miracula patrari videntes: « Pœnitentia duæ reversi sunt ad fidem Christi, dicentes ad Apostolos, *quid faciemus?* » Toletus aliam quædam opinionem refert, dum ait: « Alii exponunt, ut hic Domini sermo ad pios dirigatur, qui post ejus ascensionem credentes in eum, quaerunt et desideraverunt eum videre et prædicantem et audire in terris, sicut ante fecerat, quando ipsi non credebant ei, non tamen invenerunt. » Hugo Cardinalis ait: « Non invenietis in carne vobiscum. »

5. — Possunt quoque verba hæc de synagoga, templi, legum, rituum et religionis Judaicæ derelictione interpretari: *Relinquetur domus vestra deserta*, eo quod Christus, in lege ipsius promissus Messias, ad gentes transiturus erat. Unde Rupertus Abbas Tuitiensis ita scribit: « Jam nunc una quidam turba unus gentis, vel terræ hujus plebecula submurmurat, quibusdam credentibus et dicentibus: *Nunquid Christus cum venerit, plura signa facturus est, quam quæ hic facit?* Tunc autem a solis ortu laudat ad occasum laudabile iter nomen Christi et laudabunt eum omnes populi et tunc implebitur quod scriptum est: *Et dominabitur a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terrarum. Coram illo procedent Æthiopes et inveniunt eum terram lingent*; hunc utique majorem quam nunc invidia quaeritis me, eipientes nomen meum extinguere sed frustra. » Lucas Brugensis existimat Christum discursum suum direxisse non ad ministros, sed ad Phariseos et principes, a qui-

bus hi missi fuerunt, voluisseque illis prædicare obstinationem ipsorum et persecutionem, quam post suam ascensionem adversus ipsum et sequaces ejus moturi erant, omne odium et furorem suum adversus Ecclesiam, admirandis progressibus ad omnes terræ partes dilatam et extensam, effundendo et evomendo: « *Tunc queretis me, ut iterum occidatis, ardentissima persecutione interficetis* » discipulis meis, quando me non poteritis. » Unde idem Auctor dicit, quod idem sit: « *Non invenietis me, ac si diceret, non poteritis nocere mihi, aut nomen meum opprimere, nihil proficietis adversum me.* »

6. — Toletus hæc verba exponit, veritatem quandam experimentalem et a multis sæculis hactenus practicam allegando, nimirum quod Judæi continuo quidem Messiam illis a Prophetis divinisque oraculis promissum investigabant et expectabant, ipsum tanquam nunquam reipsa sint inventuri: « *Id est, verum Christum promissum requiretis, non tamen invenietis, me enim rejecto, qui verus sum Christus, omnis qui alium querit, non invenit.* » Multi etenim deinceps se Messiam esse finxerunt, de quibus *Matth., xxiv, 23*, Christus ipse dicit: *Si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, nolite credere.*

7. — Salmeron Christum illis his verbis exprobrare voluisse censet, quod Messiam quemdam illorum adaptatum genio quæsiti sibi sint et desideraturi: « *Male querunt, qui carnalem et temporarium Messiam expectant, sed non inveniunt, quia talis Messias, qualis est Jesus cruci affixus, eis non placebat.* » Imo ipsi quoque immediati scholæ ejus discipuli ipsum temporaliter regnaturum esse sperabant, *Act., i, 6*: *Quando restitues regnum Israel?* Unde et duo illi fratres primas in hoc regno sedes ab eo postularent.

8. — Clemens Alexandrinus, in exhortatione ad gentes, non immerito dicit: « *Nescio quomodo ea quæ sunt presentia despici, propter consuetudinem, quæ autem sunt separata in admiratione haberi videmus.* » Unde ob hanc rationem dicere etiam possumus, Christum his verbis monere voluisse Judæos, ipsos quidem in presenti ipsum continere, futurum tamen aliquando tempus esse in quo ipsum, postquam ab eis in colium avolarit, summo sint studio perquisituri et respiraturi post ipsum, *Luc., xvii, 22*: *Veniet dies quando desideretis videre unum diem Filii hominis et non videbitis.* Sicut enim si pater aliquis filios suos in optima disciplina coercens, si illos noxiam sibi libertatem nimium diligere videat, isdem nonnunquam prædicere solet: *Veniet, dilecti filii mei, aliquando tempus, in quo mea monita vera fuisse cognoscetis et plorabit, dum me vobis presentem deinceps non habebitis.* Ita quoque, etc.

9. — Verum dicat aliquis: Numquid Christus

promisit dicens, *Matth., vii, 8*: *Omnis qui querit invenit, quomodo ergo nunc sibi hæc verba contrariatur?* In promptu responso est, *Sap., i, 1*: *In simplicitate cordis querite illum.* Judæi quidem quærebant eum, sed ut necem illi inferrent, non vero ex motivo amoris aut religionis; præterquam quod passim homines Deum ut plurimum pure non querant, id est, ejus honorem et gloriam, aut animæ propriæ salutem, sed potius divitiarum, honores, sanitatem, voluptates et similia bona terrena in ipso querunt. Et ideo S. Bonaventura dicit: « *Querentes Christum malo animo, eum non inveniant, quod ipsum in multis casibus verum esse ostendit, in quibus ipsum querentes non inveniant.* » Quidam enim quæsierunt eum « *in multitudine carnalis cognationis et non invenerunt, Luc., ii, 24*: *Quæsierunt eum inter cognatos et notos.* Item « *sunt querentes Filium Dei in multitudine sperantes mundialis affluentia, Osæ, v, 6*: *In gregebus suis et in armentis valent ad querendum Dominum, et non invenient.* Item sunt querentes in tumultuositate mundanæ occupationis vel negotiationis, *Cant., iii, 2*: *Circulo civitatem; per vias et plateas queram quem diligit anima mea.* Et sequitur: *Non invenit.* » Unde Ambrosius: « *Non invenit Christum, qui querit eum in foro, ubi lites sunt, ubi nudine sunt; non ulla pecunia comparatur Christus. Item sunt qui querunt Christum in deliciis carnalis concupiscentia, Cant., iii, 1*: *In lectulo meo per noctes quæsivi.* Et sequitur: *Quæsivi et non invenit.* *Job., xxviii, 13*: *Non enim invenitur in terra suaviter viventium sapientia Dei.*

10. — S. Cyrillus, *lib. V in Joan.*, occasione horum verborum Christi monet nos ne bonas negligamus occasiones, quæ in nostrum se beneficium nobis offerunt: « *Qui vitam ab eo presente capere non volunt et bonum quod presto est stulto consilio repudiant, quomodo id rursus accipere poterunt, et qui occasione amittere pensi nihil habent, quomodo occasionis, bona consequentur? Inimicite quippe et presente occasione, querenda quæ in ea sunt et quæ ex ipsa, dilapsa vero frustra demum utilitas ex ea queritur.* » Unde B. Paulus, *II Cor., vi, 2*, ait: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* Seneca scribit: « *Vigilantis est occasione observare propterantem, et itaque hanc circumspice et si videris, apprehende.* » Sæpe etiam illa verba in officio divino repetimus, *Isa., lv, 6*: *Querite Dominum dum inveniri potest; invocate eum, dum prope est.* S. Thomas dicit: « *Præsumat Judæorum desiderium, quasi dicat: Modicum est, quod potestis mea doctrina frui; sed hoc modicum quod modo respistis, et quandoque queretis et non invenietis.* » In quo Cardinalis ait: « *Non invenietis per gratiam in presenti.* *Prov., i, 28*: *Mane consurgunt ad me et non invenient.* »

11. — Toletus aliam quamdam expositionem adducit, dum ait: « *Nimirum peccatores, qui non respiciunt, frequenter non exaudiri a Deo in suis calamitatibus clamantes, est expositio doctrinæ nam veram continens, Scripturis et Patribus confirmatam.* »

Et ubi ego sum, vos non potestis venire.

12. — Salmeron Christum dicere voluisse ait, quod ad ipsum ad Patris dexteram consistentem perferre nequaquam possint, ut sensus sit: « *Non poterunt persecutionibus suis attingere, ut eum vexarent, aut offenderent; nec moribus suis, quamdiu infideles erant, valebant perferre.* »

13. — S. Augustinus, *tract. xxxi in Joan.*, optime ponderat, quod licet postea ad celos ascensus fuerit, non tamen in futuro tempore dixerit: « *Ubi ego ero, sed ubi ego sum; semper enim ibi erat Christus, quo fuerat rediturus. Sic enim venit ut non recederet;* » adducitque alium Evangelii textum, in quo Salvator ait: *Nemo ascendit in celum, nisi qui descendit de celo, Filius hominis, qui est in celo:* « *Non dixit: Qui fuit in celo.* In terra loquebatur et in celo se esse dicebat; sic venit ut inde non abscederet, sic rediit ut nos non derelinqueret. » Toletus ait: « *Ad celum, ubi ut Deus semper sum.* » Beda quoque inquit: « *Quid est quod dixit, ubi sum ego, nisi in sinu Patris, consensu Patris sum; in terra loquebatur, sed in sinu Patris se esse monstrabat.* »

14. — Verum dicat aliquis, ex quo divinæ et æternæ veritatis axioma est: *Deus vult omnes homines salvos fieri; non est qui se abscondat a calore ejus, cur nunc illis protestatur dicens: Et ubi ego sum, vos non potestis venire?* S. Thomas respondet: « *Non potestis venire, quamdiu scilicet sic dispositi estis: Quis ascendet in montem Domini? Innoceus manibus et mundo corde; nec innocentes manibus, quia volebant Christum interficere, ideo dicit: Non potestis ascendere in montem Domini.* » Lucas Brugenis ait: « *Vos qui perseverabitis in odio mei; est enim prophelia conjuncta cum comminatione.* » S. Antonius de Padua, *Serm. in hoc fer.*, justum fuisse dicit, ut illis Christus ita comminaretur, quia ipsum capere et occidere volebant: *Verò ad eum ire non possumus, cum scilicet proximum offendamur.*

15. — Venerabilis Beda ait: « *Quare non potestis venire? quia non vultis credere.* » S. Bonaventura autem ulterius hoc dubium movet et dicit: « *Qualiter hoc?* » Numquid paulo ante jam diximus, quod post ejus resurrectionem eum compuncto et contrito corde quæsiti sint? Respondetque eum S. Augustinus: « *Non dixit eis: Non poteris venire, sed ait: Non potestis; tales enim erant tunc, qui non poterant venire, qui erant in peccato.* » Idem quoque S. Augustinus similem expositionem addu-

cit, dum ita scribit: « *Non dixi: Non poteris, sed non potestis, tales enim nunc erant, qui non possent; nam ut sciat, non hoc ad desperationem dictum discipulis suis,* » inquit S. Doctor, « *die quodam dicit: Quo ego vado, vos non potestis venire; et tamen æternum pro ipsis Patrem his verbis rogaverat, dicens: Pater volo, ut ubi ego sum et ipsi sint mecum.* Denique hoc Petro exposuit et ait illi: *Quo ego vado non potes me modo sequi, sequeris autem postea.* »

16. — S. Cyrillus Christum illis gratiarum suarum assistentiæ et divinæ protectionis sue subtractionem prædicare voluisse existimat; adeo ut sensus sit: « *Vos exortet divinum honorum eritis, expertes meæ gloriæ; nec cum Sanctis regnabit, spei donum non assequimini, divinas nuptias non gustabitis.* »

17. — S. Joan. Chrysostomus quoque, *Hom. xlix in Joan.*, hoc nobis Christianis salutare monitum relinquit. Dicit enim: « *Verum hæc illis dicta sunt; sed timendum ne in nobis quoque ea verba locum habeant, quod ubi est, venire non possumus, si quidem vita nostra scelerum plena est. De discipulis enim ait: Volo ut ubi ego sum, illuc sint et mecum. De nobis contra timeo, ne dicatur: Ubi ego sum, vos non potestis venire.* »

VERSUS 35.

Dixerunt ergo Judæi ad semetipsos: Quo hic iturus est, quia non inveniemus eum? Numquid in dispersionem gentium iturus est, et docturus gentes?

Dixerunt ergo Judæi ad semetipsos.

1. — Albertus Magnus ait: « *Non enim ad Jesum audebant dicere, quia timebant se confutandos ex responsis sapientiæ ejus: Act., vi, 10*: *Non poterant resistere sapientiæ et spiritui, qui loquebatur.* » Lucas Brugenis S. Augustini auctoritate innixus, susurrationem hæc ab ipsis factam superbia motivo attribuit: « *Nihil enim ipsum discedi causa superbi rogare volebant.* »

Quo hic iturus est, quia non inveniemus eum?

2. — Non intelligentes, quid illis dicere vellet, adversus eum exasperati hæc verba per derisum et ludibrium dixerunt: « *Per odium in Dominum, inquit Jansenius, non intellecta student in calumniam et derisum trahere.* » Neque enim hunc Christum loquendi modum capiebant: « *Crassi homines,* » inquit Lucas Brugenis, « *nihil terra sublimius cogitare valentes, non intellexerunt Jesu de celo sermone esse, quod per mortem iturus esset.* » S. Thomas illum Apostoli textum ex *I Cor., ii*, adducit: *Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus,* et ideo quod esset iturus, non quidem per mortem, sed corporaliter ad aliquem locum, quo eis non liceret ascendere, suspicantur. »

*Numquid in dispersionem gentium iturus est, et docturus gentes?*

**3.** — Timebant, inquit Cajetanus, ne forte in Græciam se reciperet, ad docendum multos, qui ibi dispersi degebant, ad quam nationem illorum se non extendebat potestas. Hugo Cardinalis hanc opinionem nonnullorum fuisse existimat, qui Christi prædicatione audita, ejus se sequela adjuverant : « Non dixerunt ledere vel seducere gentes, sed docere; per hoc patet quod quidam eorum jam submiserant iram, et his quæ dicta erant crediderant. » Nisi enim bene erga eum affecti fuissent, utique non cum tanta anxietate, quomam abire, requisivissent, quin potius illius discessum velut gratissimum nuntium excepissent : « Libenter hoc volumus, scilicet, quod tu vadas; » jam vero potius discessum ejus sibi quam maxime displicere ostenderunt; quia « qui prius odiebant, flexi sunt » ad misericordiam. « Ecce tibi crimum verbi Dei fructum, utpote quo voluntates mutantur, cordaque lapidea, summeque obstinata emollitur. »

**4.** — Quotquot in sacris litteris periculosiores existunt, credibile esse dicitur, Judæos hoc dixisse, quia illius Isaiæ prophetici oraculi, Isa., XLII, 6, exactam habebant notitiam atque memoriam, quo dicitur : *Parum est mihi, ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Jacob, et facies Israel convertendas, dedi te in tuam gentem, ut sis sibi mea usque ad extremum terræ.* S. Cyrillus autem illos hæc ex livore animi dixisse opinatur. « Addunt maligne etiam gentes » edocaturum, ut ejus accusandi novum inde prætextum arripiat eorum suspicio. »

**5.** — Chrysostomus causam refert, cur gentilitium, dispersionem appellaverint gentium; « quia ubique dispersæ essent, et promiscue invicem miscerentur, quam ignominiam ipsi postmodum subierunt; ipsi namque facti sunt dispersio. » Judæi enim in sola Palestina morabantur, gentiles autem per universum mundum dispersi erant, S. Bonaventura ait : « Ideo gloriantes, in se vocant gentes dispersionem, non enim sciebant quæ dixerunt, sed quia ille voluit, prophetaverunt, » iturus enim erat ad gentes, non presentia corporis sui, sed pedibus suis, qui pedes erant Apostoli. » Lucas Brugensis vero advertit quod Judæi per contemptum gentiles dispersionem appellaverint : « Ignominiam quem gentibus conseruerant exprobrare, ipsi postea subierunt, et magis etiam hodie subeunt. » Salmeron dicit : « Quod sibi eventurum timebant, vaticinati sunt, tanta est vis veritatis, ut sæpe ex ore adversarii vel invita prorumpat. »

VERSUS 37.

*In novissimo autem die magno festivitatis, stabat Jesus, et clamabat dicens : Si quis sitit, veniat ad me et bibat.*

*In novissimo autem die.*

**1.** — Porro quidam populus Judeorum in hoc novissimo festivitatis die facere solitus fuerit, Lucas Brugensis his verbis declarat : « Solutis tabernaculis conveniebant in templum ad laudandum et agendas gratias Deo, et commendandum iter, et se suaque tutelæ dirine. » Salmeron hujuscæ festivitatis exactam notitiam tradens, primum et ultimum diem præ aliis in tabernaculorum veneratione transactum fuisse, diebusque septem durasse scribit : « In ultimo die erat festum collectæ; coekat enim » populus in concionem magna frequentia, et concionabatur aliquis de rebus sacris, et hortabatur ad liberalitatem, et colligebatur undique collecta ad sacros usus tabernaculi expendenda. » In Hugone Cardinali mediocritatem horum dierum in recreationibus, ludis et choreis transactam fuisse legitur : « Non ergo locutus est eis debentibus ire ad voluptates, sed jam necessarius vaticina dicit salutis. Et est hoc argumentum, quod non est bonum hominem arguere, vel monere, quando est in furore voluptatis suæ, contra illos predicatores, qui volunt predicare ad choreas et ludos, cum quadam violentia. Eccles., VIII, 6 : *Omni negotio tempus est, et oportunitas; item Eccles., XX, 6 : Est tacens non habens sensum loquela, et est tacens sciens tempus apti sermonis.* » S. Bonaventura notat Christum illis vaticini loco dare voluisse spiritualem quandam provisionem : « Ultima die cum recedebat domum, » vaticina dedit ad salutem. Et patet hic exemplum » predicatoribus demittendi documenta Dei, tanquam vaticina salutis in festis. »

**2.** — Opportune Ecclesiasticus, XXXII, 6, nos monet dicens : *Ubi auditus non est, ne effundas sermonem,* et ideo Salvator noster in predicando temporis opportunitatem attendit. Et ideo Theophylactus ait : « Cum his enim qui diebus intermediis delictis erant intenti, inemptivum erat colloqui, neque enim affendissent. »

**3.** — Cajetanus benignissimum Magistrum, tametsi adeo adversus eum exasperati fuissent, ut eum in vincula conjicere staterint, omnibus tamen diebus ipsos docere nequaquam omisisse dicit : « Ad insinuandum quod continuabat Jesus illis diebus exercitium docendi, extremos dies commemoravit Evangelista. »

*Die magno festivitatis.*

**4.** — S. Thomas, in Joan., ad tempus, in quo hoc contigit, sese reflectens dicit : « In novissimo die » magne festivitatis, cum festum illud celebrabatur

« septem diebus, et primus et ultimus dies solemniores erant, sicut apud nos primus dies festi » et octavus solemnissimus est magis; hoc ergo quod hic » Dominus fecit, non fecit primo die, quia nondum » ascenderat Jerusalem, nec intermediis diebus, » sed in novissimo: et hoc ideo, quia pauci sunt » qui festa spiritualiter celebrant, et ideo eos a principio » ad doctrinam non invitat, ne per vanitates » sequentium dierum aboleretur de cordibus eorum, » quia ut dicitur, Luc., VIII, 7 : *Verbum Domini sicut » fecerat a spinis, sed ultimo die eos invitat, ut » tenacius eorum cordibus imprimatur.* »

**5.** — Saluberrimum nobis Salvator hæc in re reliquit exemplum, annuntiandi videlicet verbum Dei specialissime in diebus festis, quando cultui divino et locis sacris frequentior populus assistit, et quando ob sacrificiorum, sacramentorum, orationis et officiorum ecclesiasticorum devotionem, ad illud majori cum attentione et fructu auscultandum est magis dispositus, Isa., LVIII, 11 : *Clama ne cesses; quasi tuba exalta vocem tuam, et annuntia populo meo scelera eorum, et domui Jacob peccata eorum;* id quod Deus Propheta Evangelico vel maxime in festis celebrioribus facere præcepit, prout ex capitulis hujus decursus salis clare colligitur.

**6.** — Salmeron celestium aquarum suarum oblationem a Christo in novissimo festivitatis die factam esse, quicquid vero antecederet prædicasse fertur, præcedentibus diebus dictum fuisse dicit : « Nam » ita Dominus dispensabat doctrinam suam, ut nunc » quidem, ne tardum afferret, scilicet, quo avidius » postea audiretur, deinde vero illum majori cum » fructu auditorum, et sua auctoritate tradebat. »

*Stabat Jesus.*

**7.** — S. Thomas, in Joan., ait : « Sciendum est » quod Christus docuit sedens, et stans; sedens » quidam docuit discipulos, Matth., V, 1 : *Stans » autem turbas, sicut hic; et ideo ex hoc consuetudo » in Ecclesia inolevit, ut turbis prædicetur stando, » Religiosis vero et Clericis sedendo.* Cujus ratio est, » quia cum prædicatur ad turbas, fit quasi ad eas » convertendas, fit per modum exhortationis; sed » cum prædicatio ad Clerum fit, quasi jam existentes » in domo Dei, est ut quoddam commemoratio. »

**8.** — Lucas Brugensis dicit quod Evangelista dictione hæc, *stabat*, « usus fuerit ceu rem seriæ et » maxime gravem, ac ad omnes homines pertinentem constantissime asserturus. »

**9.** — Salmeron, tr. XXXVI, aliam nobis offert rationem, cur Apostolus predicando sederet; hic vero in pedes erectus steterit : « Quia ad peccatores » oratio debet esse concitator, ferventior, efficacior, » ad perfectos autem tranquillior, pacatior, atque » sedatior. »

**10.** — Dionysius Carthusianus dicit : « Stabat » tanquam confirmatus in bono, erectus in omni

« virtute, et paratus ferre subsidium cunctis ad ipsum » sum confugientibus, potestque per suam stationem, » nem, divinitatis ipsius invariabilitatis designari. » Albericus Magnus ad hæc eandem rectitudinem alludens, textum illum Cantiorum, II, 9, adducit : » Ipse stat post parietem nostrum; solus enim stetit » post parietem, qui corpus significat, qui se nunquam a rectitudine deflexit, propter corporis » infirmitatem; stabat qui se in auxilium et obsequium omnibus paratum exhibebat »

*Et clamabat dicens.*

**11.** — Toletus Christum hæc vocis elatione usum fuisse credit, ut id quod dicebat, auditorum sanorum animis tanto fortius imprimeret : « Ut cordibus » auditorum, qui jam discessuri in propria loca » erant, verba tenacius infigat. » Lucas Brugensis aliter hæc de re sentit; dicit enim Christum clamasse, » ut intelligendum daret se loqui ex intimis animi » sensibus ea quæ magnopere referret omnes audivere » ac seire, ac prout tenacius infingeret » cordibus audita verba, ne tanta oportunitate neglecta perirent. Hugo Cardinalis Christum ob presentiam ingentis multitudinis altam clamasse notat : « Propere » ter turbam multam, ut omnes audirent. » S. Antonius de Padua, *Ser. in hac fer.*, ait : *Clamabat » predicando verbum Dei, quasi dicere vellet, quod ad hoc » ut verbum Dei surdis, quales sunt peccatores, cum fructu prædicetur, necessum sit vocem extollere, aneque latera habere.* Isa., LVIII, 1 : *Quasi tuba exalta vocem tuam, et annuntia scelera eorum.* S. Thomas, in Joan., addit : « Quantum ad conatum » vocantis. » Toletus vero dicit : « Ut surditatem et » duritiam Judeorum in credendo reprehendat. »

**12.** — Theophylactus hæc exclamationem constantæ et libertati Christi in dicendo et predicando attribuit : « Ut libertatem suam in dicendo manife- » festaret, et quod nullum metuere. » S. Thomas dicit : « Ut ostenderet suam securitatem. » Isa., XI, 9 : *Exalta in fortitudine vocem tuam, exalta, noli timere.* S. Ambrosius a Toletio citatus dicit : « Ideo » nunc clamasse dicit, quia homines ad magno, » nempe regnum cælorum, vocabat. » Hugo Cardinalis S. Hieronymum citat, qui super cap. IIII Joanæ scribens, dicit : « Quod omnis sermo Christi » clamor dicitur, quia de magnis agit. »

**13.** — Toletus dicit : « Clamat etiam ut se libere » et intrepide loqui et docere significet, quod veritate » tatis esse magnum argumentum. »

**14.** — Hugo Cardinalis ait : « Ut affectum suum » ostenderet, se namque ex corde predicare, omnibus » bus notum esse volebat : *Ex abundantia cordis os » loquitur.* »

**15.** — Idem quoque purpuratus Doctor aliud insuper motivum adducit : « Propter presentiam » suam omnibus ostendendam, ne dicerent quod se » occultaret. » Nullam illis se excusandi occasionem

relinquere voluit, quo minus ipsum non cognoverint : « Cum videret ex fide, » inquit Salmeron, « in se et doctrina sua salutari hominum vitam æternam pendere, ne quidquam intermitteret eorum, quæ ad fructum et beneficium mundi spectabant, ipse factus est tuba, seu præco doctrinæ suæ. »

*Si quis.*

16. — Chrysostomus, *Hom. 1. in Joan.*, ait : « Hoc est, nemini vim facio, neminem traho, sed si quis libens et promptus accedit, si quis ardet desiderio, hunc ego advoco. » Rupertus Abbas, *lib. VII in Joan.*, ad hoc se reflectit, quod Christus nullam habeat status, sexus, professionis, vel conditionis personarum differentiam, et ideo indistincte dicat : « Si quis; quia cunctis hominibus, cuiuscumque generis vel conditionis desiderantibus salvare ex tunc non solum aperuit salutis aditum, sed etiam altissima prædicatione cunctos invitavit ad bibendum vitæ salutis poculum. » S. Thomas ait : « Si quis; quasi dicat, quicumque est ille. *Ecel.*, xxiv, 29 : *Transite omnes, qui concupiscitis me.* »

17. — Albertus Magnus conformiter ad expositionem Chrysostomi arbitrari ponderat libertatem, quam unicuique illibatam reliquit gratiam suam sive recipiendi, sive repudiandi : « Notans arbitrari libertatem, quia nullus cogitur. *Esther*, 1, 8 : *Non erat qui nolentes cogeret ad bibendum.* »

*Sitit.*

18. — Jansenius optime considerat sapientissimum Magistrum nostrum mentem suam non satis explicasse, de qua sitit intelligi vellet, sed indifferenter et absolute dixisse : *Si quis sitit*, quasi unumquemque sitibundum intelligi volens : « Et si enim eadem sitim habeant spiritualium rerum, posset forte intelligi, ut invitaret etiam eos, qui situnt terrena, honores, divitias, voluptates; nam et hi si ad Christum venerint, haurire ex eo poterunt, unde suam sitim extinguant, in quo veriores honores, divitiæ, et voluptates percipiuntur, quam in mundo, per quem etiam sitis illa rerum inter narum tollitur. Non determinat, » inquit Lucas Brugensis, « quid quis sitiat, nam et eorum sitim, qui desiderant, quod vere non est bonum sedal, cum largitur, quod in eo desiderio est veri boni; proprie tamen intelligi : *Si quis sitit* salutem, perfectionem, beatitudinem suam, et sitim vocat desiderium, studiumque salutis. Ille solus sitit, qui salutem desiderat. » S. Thomas, *in Joan.*, ait : « Ideo sitientes vocat, quia tales sunt, qui desiderant Deo servire; Deus autem coacta servitia non acceptat. *Il Corint.*, ix, 7 : *Hilarem datorem diligit Deus.* Propter hoc dicitur, *Psal.* lxxviii, 8 : *Voluntarie sacrificabo tibi.* »

19. — Cajetanus illud quod Christus malignis

rebellibus suis dixerat, nimirum : *Quo ego vado, vos non potestis venire*, in memoria revocans dicit : « Invitat modo non omnes, sed sitientes, sed appetentes spiritualia bona, et propterea dicit : *Si quis sitit*. Explicat autem appetitum boni spiritualis nomine sitis, quia sub similitudine aquæ, spiritalis bonum promissurum erat. »

20. — « *Si quis sitit*, id est, » ut glossat Lucas Brugensis : « Si quis appetit, desiderat, quia *esurientes implevit bonis.* » Et alibi : *Sitientes venite ad aquas.*

*Veniat.*

21. — Non est opus, ut quis per longum et fastidiosum iter se fatiget, ad hoc, ut ad hunc fontem vivum approximare possit, fontem inquam illum, qui civitatem Dei inundat. Dionysius Carthusianus namque ait : « Non corporis gressu duntaxat, sed ex mentis humiliter preparatione, faciendo quod in se est, fide quoque non hesitante, et oratione constanti. Unde scriptum est in Jacobo, 1, 5 : *Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, et dabitur ei.* » Interlinearis dicit : « Veniat affectu amoris et passibus fidei, recedendo ab amore mundi, et hoc est, venire ad eum. » S. Philippus Nerius dicere solitus erat, quod quantum amoris homo aliquis in creaturis ponit, tantumdem Deo Creatori impetratur. Hugo Cardinalis dicit : « Venite ad me, recedendo ab amore mundi, et se ad gratiam preparando. » S. Augustinus, *tr. xxxii in Joan.*, super hoc verbum mirabiliter discurret; dicit enim : « Si sitimus, veniamus, et non pedibus, sed affectibus, non migrando, sed amando veniamus, quamquam et secundum interiorem hominem, et qui amat, migrat; et aliud est migrare corpore, aliud corde. Migrat corpore, qui motu corporis mutat locum; migrat corde, qui motu cordis mutat affectum. »

22. — Apud Principes et Magnates ardua et difficilis res est gratiarum impetratio, utpote que sanguine, id est, rubore et verecundia comparantur, pro illis obtinendis supplicationes concipiuntur et memorialia, mediatores requiruntur et intercessores, et quantum non liberatur? Non vero ita fit apud illum supremæ majestatis Regem, imo ipse semetipsum ad illas impetandas ultro citroque offert, ipse nos invitat, precatur et rogat, ut quotquot ardentissime situnt, vas afferant amplissimum, ad gratiarum suarum aquas in maxima abundantia et copia recipiendas, *Isa.*, lxv, 1 : *Omnes sitientes venite ad aquas; et qui non habetis argentum, proparate, emite, et comedite; venite, emite absque argento, et absque ulla commutatione vinum et lac; ubi Salmeron ait : « Per vinum, et lac, et aquam Spiritum Sanctum intelligimus. » Idem quoque Auctor apposite notat, sitim nostram, qua quilibet anima salutem suam ardentem desiderat, Deo nostro optime esse*

perspectam : « Sciebat Jesus hominum inspirationem, ut ad se venirent, et illos aut pudore retaritari aut demonis snasu impediri, aut carnis affectibus retineri, proinde sedandæ tantæ sitis ostendit viam, urgendo eos ad hauriendam aquam in gaudio de fontibus Salvatoris. »

23. — S. Bonaventura existimat, quod per vocem *veniat* libertas insinuetur, quam Deus ad aquam hanc hauriendam nobis relinquit : « Quasi dicat : « Nullum de necessitate aut vi attraho, sed si quis habet desiderium, hunc voco. » Cajetanus pariter dicit : « Dicendo *veniat*, voluntarium ire significat; nemo excipitur, sed cullibet sitiienti, spirituale bonum, monstratur fons, monstratur iter ad fontem. »

*Ad me.*

24. — Lucas Brugensis, super illa verba : *Credit in me, ita scribit* : « Loquitur tanquam verus et unicuique mediator Dei et hominum, sine quo hominibus nulla sit salus. » S. Augustinus in suis meditationibus ad Deum conversus dicit : « Tu dixisti ore tuo sancto et benedictio : *Si quis sitit, veniat ad me et bibat*; fons vitæ da sitienti animæ semper bibere de te. » Maldonatus, *in Joan.*, adversit Salvatorem nostrum omnibus notum esse velle, se ad instar publici ejusdam, omnibusque patuli fontis esse, qui omnibus obvius et expositus est, ut unumquemque ad se confugientem, salutari aqua gratiæ suæ polet, ac proinde aquæ, quem Apostolus nobis tradidit, *Rom.*, xii, 2, est sequens : *Si inivimus tuis esurierit, viva illum; si sitit, potum da illi.* Istum modum in suis actibus Salvator voluit nobis ostendere, quando ultro citroque nobis obtulit aquam vivam dicens : *Si quis sitit, etc.*

27. — Verum enimvero opponet fortasse aliquis, quomodo Salvator noster hanc promissionem fecerit, cum tamen omnibus constet, ipsamet tanta fuisse siti cruciatum, ut ne guttam aquæ habere valens, in cruce exclamaverit dicens : *Sitit*. Ad hoc igitur responderi potest quod tametsi hanc tam ardentem sitim ex tormentis passio sustinuerit, non tamen ob hoc perennis ille fons aquæ vitæ in ipso exsiccatus fuerit, cum ipsomet dixerit, *Psal.* lxxviii, 2 : *Introverunt aquæ usque ad animam meam.* Imo Longinus latus Salvatoris aperiens aquam inde emanare fecit : *Exiit sanguis et aqua.* Optime igitur S. Laurentius Justinianus huic quæstio : « An vitæ fons sitire valet? » Respondet : « Potest, quoniam vult; sitit utique, et inebriatur amaritudine. Adhuc duriora sustinere desiderabat. » An vero, ut S. Augustinus, *Serm. 1 in raris Palmis*, in persona Christi ait : « Sitis mea salus vestra est; sitis mea redemptio vestra; sitio fides vestra. » Opportunam huic propositioni nostro rationem affert S. Ambrosius, cur passionis sue calicem biberit, qui nos ut ex ipso tanquam ex fonte vivo bibamus

« cor meum sobria ebrietate amoris tui, ut obli- viscar quæ vana sunt et terrena. »

*Et bibat.*

25. — Cajetani ponderatio est, quod Salvatore nostro se nos sitientes invitasse, minime sufficit; verum insuper subdat : *Et bibat* : « Non sufficit venire ad fontem, sed oportet bibere, si levanda est sitis. Non sufficit venire ad Jesum fide, sed oportet incorporare sibi Jesum haustu salutis. »

26. — S. Antonius de Padua, *Serm. in hac fer.*, conjuncturam seu circumstantiam temporis observat, quo Salvator noster hunc salutarem aquam fontem populo Judaico obtulit, nimirum quando is in prociuctu erat, ut eum caperet ad mortem, adducit illum Apostoli textum, in quo nos modum edocet, quo odium persecutorum et inimicorum nostrorum vincere valeamus, nimirum : *Noli vinci a malo, sed vincere in bono malo*; declaratque id in duobus præcipue faciendum esse : « In humili val in molli responsione; benedictive persequentibus vos, et nolite maledicere; humiliter namque responsio et statim mens elata prostermitur; sicut enim dicit « Sapiens, *Prov.*, xxv, 2 : *Responsio mollis frangat iram, sermo durus suscitatur furor.* Et Ecclesiasticus, *ticus, vii, 2 : Verbum dulce multiplicat amicos.* » Hanc autem in respondendo mansuetudinem superius in Christo admirari sumus, quando dixit : *Adhuc modicum tempus vobiscum sum.* Alius innumicum placidum modum, quem Apostolus nobis tradidit, *Rom.*, xii, 2, est sequens : *Si inivimus tuis esurierit, viva illum; si sitit, potum da illi.* Istum modum in suis actibus Salvator voluit nobis ostendere, quando ultro citroque nobis obtulit aquam vivam dicens : *Si quis sitit, etc.*

27. — Verum enimvero opponet fortasse aliquis, quomodo Salvator noster hanc promissionem fecerit, cum tamen omnibus constet, ipsamet tanta fuisse siti cruciatum, ut ne guttam aquæ habere valens, in cruce exclamaverit dicens : *Sitit*. Ad hoc igitur responderi potest quod tametsi hanc tam ardentem sitim ex tormentis passio sustinuerit, non tamen ob hoc perennis ille fons aquæ vitæ in ipso exsiccatus fuerit, cum ipsomet dixerit, *Psal.* lxxviii, 2 : *Introverunt aquæ usque ad animam meam.* Imo Longinus latus Salvatoris aperiens aquam inde emanare fecit : *Exiit sanguis et aqua.* Optime igitur S. Laurentius Justinianus huic quæstio : « An vitæ fons sitire valet? » Respondet : « Potest, quoniam vult; sitit utique, et inebriatur amaritudine. Adhuc duriora sustinere desiderabat. » An vero, ut S. Augustinus, *Serm. 1 in raris Palmis*, in persona Christi ait : « Sitis mea salus vestra est; sitis mea redemptio vestra; sitio fides vestra. » Opportunam huic propositioni nostro rationem affert S. Ambrosius, cur passionis sue calicem biberit, qui nos ut ex ipso tanquam ex fonte vivo bibamus

invitat; dicit enim: «Bibit Jesus calicem, hoc est passionem illam tuorum criminum redemptionem, ut tu sitim istius mundi sacri potus cruore restinguas.»

28. — Salmeron, *tract. xxxvii*, veritatem quandam valde practicam hac eadem occasione adducit, nimirum quod nullus sit hominum, qui suam non patiatur sitim; dicit enim: «Nemo est qui non sitiatur, hoc est, ardentem desideret; hoc est enim a per metaphoram sitire; unde consequenter illas declarat, quas nos homines ardentem desiderare solemus, scilicet: «Liberationem a malo culpae aut a peccato; vel sapientiam, vel divitias, vel delicias, vel libertatem, vel conscientiae serenitatem, vel vitae perpetuitatem, vel aeternam felicitatem. Qui ergo hanc sitim cupit extinguere, non habet alium fontem quam Christum.» Si enim quis divitias appetat, *Coloss.*, II, 3: *In Christo sunt omnes thesauri*. Si quis desideret consolationem, *I Cor.*, I, 31: *Ipse Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra*. Si quis voluptatibus adherescit, inveniet ipsum esse, de quo Psalmista ait, *Psal.* xxxv, 9: *Torrente voluptatis tuae potabis eos*. Si quis sanitatem et vitam anxius rogetur, in ipso hanc perfectissimam deprehendet, *Psal.* xxxv, 4: *Quoniam apud te est fons vitae*. Si quis gloriae fortasse avidus insectator existat, ipsum consecetur, nam, *I Cor.*, I, 31: *Qui gloriatur, in Domino gloriatur*. Si quis fortasse laeta et sumptuosa convivia sitiatur et desideret, ipsum esse comperiet, a quo ampla illa facta est fidelibus promissio, *Luc.*, xxii, 29: *Dispono vobis regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo*; adeo ut Rex ille tot undique prosperitatibus affluens ultro fateatur et dicat, *Psal.* xvi, 15: *Satiabor cum apparuerit gloria tua*. Quemadmodum igitur viator ex continuo solis ardore et ex diuturni itineris lassitudine sitibundus, tametsi rivalium aliquem turbidum et ex radiis solaribus tepidum offendat, inde non bibit, sed sitis suae mitigationem ad fontem, unde is derivatur, se inventurum expectans, eo se recipit, inde quo ad salutem bibit, eo quod ibidem frigidam pariter et limpida aquam se reperiturum esse cognoscit, eodem modo anima, quae bonorum est appetens, bona, quae in hisce terris inveniuntur, innumeris malis permixta esse considerans, eo quod ut Poeta ille coecinit:

Bona haec mortalia,  
Quam malum non sunt alia.

Si aliquo est iudicio et rationis discursu praedita, ad fontem utique originarium ardentem, sitim suam restinguendam reservans, se recipiet, de quo S. Jacobus Apostolus, I, 17, scribit: *Omne datum optimum et omne donum perfectum de sursum est, descendens a Patre*; ad quem proinde haec esse solet Sanctorum oratio: «Deus meus et omnia;» ad

quem proinde Salvator noster invitat dicens: *Veniat ad me, et bibat.*

29. — S. Thomas, in *Joan.*, inquit: «Potus iste est spiritualis refectio, in cognitione divina sapientiae et veritatis, etiam in implezione desideriorum.»

30. — Hugo Cardinalis dicit: «Bibat per dilectionem, vel per Spiritus Sancti receptionem.»

31. — Jansenius quoque ait: «Venit ad Christum, qui cupidus est audiendi doctrinam ejus; bibit autem ex fonte Christi, qui credit ejus sermonibus, aut venit qui credit, bibit qui per charitatem sibi Christum incorporat.»

32. — Salmeron haec aquas, zelotypiae aquis assimilatur dicens: «Aguas Spiritus Sancti, quae sunt ut aquae zelotypiae; quo peccatum adulterii, quo recessimus a Dei sponso, putrescat, et ut aquae piscinae, quibus omnes infirmis et paralysis membrorum mortuorum per vitam gratiae sanatur, ita ut possimus tollere grabatum carnis nostrae et obtinere ut peccatum in nostro mortali corpore non dominetur; sunt ut aquae natatoriae Siloe, ut plene illuminemur; sunt aquae Jordanis, in quibus baptizamus et in filios Dei regeneramus; denique sunt aquae Samaritano, quae bibit de Christi fonte salutari, cujus aqua saturata servavit civitatem; est aqua, per innocentiam et vitae puritatem, quam coferret, et per quam refrigeratur ardor concupiscentiae;» quibus addere possumus, aquas quoque illas similes esse undis illis, quae lepram Naamani diluerunt, utpote quae peccati nos lepra perfecte emundant.

#### VERSUS 38.

*Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquae vivae.*

*Qui credit in me, sicut dicit Scriptura.*

1. — Theophylactus opinatur post verba illa: *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura*, punctum sensum terminans fieri debere; dicit enim: «Hoc loco punctum oportet facere; deinde aliud faciendum est principium: *Flumina fluent*, etc. Quia enim multi propter signa credebant, ostendit non tam propter signa credendum esse quam propter Scripturam, fides enim recta ex Scripturis est. Multi putant se credere, sed non ut dicit Scriptura, atque ita suas secuti sunt sectas, ut omnes haeretici.»

2. — Idem quoque, scilicet quod post Scripturam punctum fieri debeat, S. Thomas his verbis docet, dum ait: «Sicut dicit Scriptura, id est, secundum Scripturam documenta; scrutamini Scripturas, quia ipsae testimonium perhibent de me.» Unde Syriaca legit: *Sicut dixerunt Scripturae*. Lucas Brugensis Christum hisce verbis: *Sicut dicit Scriptura*, plura

Scripturae loca insinuare voluisse dicit, in quibus caelestium gratiarum plentudo, maxime sub aquae metaphora praedicta fuit, ut videre est, *Isa.*, xli, 18; *xliv*, 3; *lv*, 1; *Ezech.*, xxvi, 5; *xxxix*, 29; *Joel.*, II, 28. Cajetanus dicit, quod si ita est, quod scilicet Christus aliqua Scripturae testimonia huc servientia allegare intenderit, tametsi illa hodie in Scriptura non inveniuntur, id non ideo eruiat, quasi nunquam tale quid in Scriptura dictum fuerit, sed quia summa cum jaectura nostra multi libri sacri perdidit fuerint: «Quoniam multos libros Prophetarum non habemus, qui forte tempore, quo Jesus erat in terra, habebantur, ut apparet ex libro Paralipomenon, ubi fit mentio Nathan, Gad, Achiae, Ado, Semeje et Ozai.»

3. — Diversam prorsus a praedictis expositionem Salmeron offert, *tract. xxxvi*, dum ait: «Ut sit sensus: *Qui credit in me*, sicut dicit Scriptura esse credendum in me, nempe fide viva per charitatem operante, et fide constanti, qua me credens amplectatur, ut verum Messiam et Dei Filium, mundique Salvatorem, hoc enim tota Scriptura velus personal; hic sensus verus est, et scrupulum non habet.» Alia quoque expositio est ab eodem allata, quod scilicet verba illa referantur ad verba sequentia: *Flumina*, etc., atque ita Beatus Hieronymus Scripturae verbum esse assertit illud: *Flumina de ventre ejus fluent aquae vivae*, quod ipse quidem in editione lxx, dicit non haberi, sed bene in Hebraica littera, etsi nullum certum signet locum; unde illum fortasse onum ex locis deperditis esse posse existimat: «Alii vero putant non deesse locum; ait enim Psaltes, *Psal.* cvlvi, 18: *Emittet verbum suum, et liquefaciet ea; fabit spiritus ejus, et fluent aquae.*» S. Thomas Lyraam et Rupertum Abbatem citat, qui haec verba ad *Prov.*, cap. v, 16, referenda esse dicunt, ubi dicitur: *Deriventur fontes tui foras, et plateis aquas tuas divide*. Alii adducunt ex *Isaie*, lviii, 11: *Et eris quasi hortus, etc.*

#### Flumina.

4. — Chrysostomus, *Hom.* I in *Joan.*, per haec flumina aquae vivae, scientiam et notitiam Christi intelligendam esse existimat: «Hoc in loco post haec verba: *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura*, distinguendum est, ut haec particula, *flumina de ventre ejus fluent aquae vivae, Christi scientia sit*; illi namque qui lumen et notitiam Christi acceperunt, sequae Christi submisserunt disciplinae, tanta virtutum caelestiumque gratiarum copia fuerunt cumulat, ut de illis 129, qui in cenaculo Sion erant, S. Lucas dicat: *Repleti sunt omnes Spiritu Sancto*. Unde S. Bonaventura ait: «Flumina vocat copiositatem et ubertatem, hoc est multam gratiam.»

5. — Rupertus Abbas Tuitiensis ita exponit: «Ac si dicat: quid male solliciti estis dicentes:

*Numquid in dispersionem gentium sturus est, et docturus gentes?* An putatis quod si me occideritis, illud praecaves, jam non sit, qui gentibus salutem, quam illis invidetis, annuntiet? Non est ita; nam qui credit in me per ipsam mortem, qua vos me occidit, accipiet Spiritum sapientiae ac scientiae, et implens mundum abundantia doctrinae Evangelicae, non sinet, uti vos vultis, non meum perire, vel dispersioni gentium Dei notitiam deesse.»

6. — Idem quoque Rupertus illum Psalmistam, *Psal.*, xlv, 5, textum adducit: *Flumina impetus laetificat civitatem Dei*; ibidemque per flumen interpretatur Spiritum Sanctum: «Ipsa substantia vel persona Spiritus Sancti intelligitur.» Albertus Magnus ad illum terrestri Paradisi fontem, qui in quatuor dividebatur flumina universam terram fecundantia alluens, ita scribit: «Hic est fons gratiae, qui totam superficiem terrae irrigat, et dividitur in quatuor capita; in moralibus enim ordinat passiones et opera; in heroicis ordinat naturam ad metas mentis; in intellectualibus ordinat rationem ad normam perfecte virtutis; in divinis ordinat contemplationem ad altitudinem et puritatem divinae delectationis et theoriam veritatis, et sunt flumina Paradisi.»

7. — S. Gregorius, *lib. XV mor.*, per hujusce fluminis rivulos varia intelligit dona Spiritus Sancti: «Bivuli ergo fluminis sunt dona Spiritus Sancti.» Lucas Brugensis dicit: «Varia ac multiplicia Spiritus Sancti dona notantur, eaque excellentia in suo genere singula, qualia numerantur *Isa.*, xi, 2; *ad Galat.*, v, 22; *I Cor.*, xii, *Ve dicamus*,» inquit Albertus Magnus, «quod flumina sunt sacramentalis gratiae in remissionem peccatorum; gratiae virtutum in facultatem bonarum operationum, donorum Spiritus Sancti in adiutorium divinarum factorum fructum in praegustatione aeternorum, et haec sunt quatuor flumina, quae influunt Ecclesiam.»

#### De ventre ejus.

8. — Venerabilis Beda ait: «Venter interioris hominis conscientia cordis est ejus; bibit ergo isto liquore, revisit purgata conscientia.» Spiritui Sancto enim attribuitur ab Ecclesia remissio peccatorum: *Quia ipse est remissio peccatorum*; et ideo quando Christus hanc absolventi potestatem Apostolis suis contulit, infudit in eos Spiritum Sanctum, *Joan.*, xx, 22: *Insufflavit in eos dicens: Accipite Spiritum Sanctum.*

9. — S. Gregorius ait: «Venter autem viscera quid sunt aliud, nisi mentis interne, id est, recta intentio, sanctum desiderium, humilis ad Deum, pia ad proximum voluntas?»

## Fluent.

**10.** — In vigilia Pentecostes, in introitu Missæ cantantur hæc verba : *Effundam super vos aquam mandam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.* S. Leo quoque de eodem festo tractans, *Serm. de Pent.*, ita scribit : « Ab hoc die imbres « charismatum, flumina benedictionum, omne « desertum et universa aridam rigaverunt. »

**11.** — Porro aquæ specialis est proprietas, tam illius, quæ ex flumine, quam quæ ex fonte hauritur; sive etiam ejus quæ pluviam de celo labitur, vel cujuscumque alterius generis, quod indifferenter super terram dimanet, omnemque plantam sine ullo discrimine fecundet; eodem quoque modo in quacumque animam mystica hæc Spiritus Sancti aqua effunditur, eandem protinus sanctorum fertilem efficit, idque sine ulla personarum acceptione, sive discrimine. Unde Rupertus Abbas, *lib. VII in Joan.*, dicit : « Humana anima dicitur, « videlicet pro similitudine, quia sicut aqua terram « irrigat, et infusione competenti germinare eam « facit; sic Sancti Spiritus gratia substantiam hu- « mane anime per semetipsam inopem et sterilem « donorum suorum fluentis necessariis irrigat et « beneficio sua visitationis infusam fide et bonis « operibus fecundat. »

**12.** — Chrysostomus, per hanc affluentiam, admirabilem faciendam et eloquentiam, quæ specialiter Evangelii ministris a Spiritu Sancto communicatur : « Salientis pro inundantis positum est, quod « facile quis deprehendere poterit, si Stephani « sapientiam, Petri linguam, Pauli vim considera- « verit. »

**13.** — Venerabilis Beda, et cum ipso plures alii, scribant quod cælestis Magister noster per verbum *Fluent*, insinuare voluerit quod dona et gratiæ, quas in nobis ab hoc cælesti fonte recipimus in nobis nequaquam sistere, sed in alios opera nostra interveniente redundare debeant : « Quid est fons? « vel quid est fluvius, qui manat de ventre homi- « nis? Benevolentia, qua vult consulere proximo; si « enim pulet, quia quod sibi bibit, sufficit, arescit, « et non fluit aqua viva de ventre ejus; si autem « proximo festinat consulere, ideo non siccatur « quia manat. »

**14.** — S. Thomas eodem fere modo scribit : « Qui ergo bibit, ita quod sibi soli proficit, dona « gratiarum, quæ per flumina signantur, non fluent « aquæ vivæ de ventre ejus; sed qui proximo festi- « nat occurrere, » adducit locum illum S. Petri, *1 Epist.*, iv, 10 : *Unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam ministrans.*

**15.** — Hugo Cardinalis illum Sapientis monitum

adducit dicens : *Bibe aquam de cisterna tua, et fuenta putei tui, deriventur fontes tui foras, et in plateis aquas tuas divide.* Lucas Brugensis ad vocem *Flumina* sese reflectens, ita scribit : « Infundam in « animam ejus dona, charismatiquæ Spiritus Sancti « tanta copia, ut non solum intus eum in mente « reluciant, verum etiam foris exundent in omne « genus sanctæ perfectionis, nec tantum ipsum « ferant in vitam æternam, verum etiam aliis « pluribus cum illo in vitam æternam trahendis « sufficiant, quemadmodum flumina vehementi im- « petu delata, occurrentia omnia secum rapiunt ac « trahunt. »

**16.** — Salmeron hanc inde moralitatem deducit : « *Fluent*, sive current, non ait stabunt, quia « non progredi in via Dei, regredi est. » Aqua firmiter subsistens, quæ non fluit, sed stagnat, non solum corrumpitur, sed venenosa etiam exinde animalia generantur; eodem modo qui donis, gratiis et virtutibus a Spiritu Sancto receptis non cooperantur, maximo sunt expositi periculo, ne per suam desidiam et tepiditatem, omnigenis inordinatis affectibus vitis in semetipsis locum indulgeant.

## Aque vivæ.

**17.** — Chrysostomus, *Hom. i. in Joan.*, ait : « Spiritus enim gratia cum menti illapsa est, « eamque irrigat, omni fonte uberius scaturit, « nunquam deficit, nunquam vacuat. » Salmeron considerat, quod Christus gratiam aquam vivam appellavit : « Quia conjungitur cum fonte ipso « Christo et Spiritu Sancto, quia semper ad bona « opera impellit. » Lucas Brugensis dicit : « Viva « aqua dicuntur dona a primo fonte et auctore « Spiritu Sancto, qui cum supple natura sit vita, « etiam dona sua vivifica reddit ejusmodi, quæ « possessorem efficiant justum et Deo gratum in « hac vita, et perducat ad vitam æternam. » Eandem quoque expositionem Hugo Cardinalis his verbis adhibet dicens : « *Aquæ vivæ*, id est, vivere « facientis hic per gratiam, in futuro per glo- « riam. »

## VERSUS 39.

*Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.*

**1.** — Flumen istud Spiritus Sancti adeo copiose in Judaismum in cenaculo Sionitico congregatum inundavit et superflavit, ut non solum Apostolos, omnesque alios ibi congregatos fideles suis adimpleverit, verum etiam impetu suo multa credentium millia post se traxerit, *Act.*, ii, 41 : *Apposita sunt in die illa animæ circiter tria millia.*

## FERIA TERTIA PASSIONIS

EVANGELIUM JOANNIS, CAP. VII, VERS. 1

1. Ambulabat Jesus in Galilæam; non enim volebat in Judæam ambulare, quia quærebant eum Judæi interficere.
2. Erat enim in proximo dies festus Judæorum scenœpogia.
3. Dixerunt autem ad eum fratres ejus: Transi hinc, et vade in Judæam, ut et discipuli tui videant opera, quæ facis.
4. Nemo quippe in occulto quid facit, et quærit ipse in palam esse: si hæc facis, manifesta teipsam mundo.
5. Neque enim fratres ejus credebant in eum.
6. Dicit ergo eis Jesus: Tempus meum nondum advenit, tempus autem vestrum semper est paratum.
7. Non potest mundus odisse vos, me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quod opera ejus mala sunt.
8. Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendo ad diem festum istum, quia meum tempus nondum impletum est.
9. Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa.
10. Ut autem ascenderunt fratres ejus, tunc et ipse ascendit ad diem festum non manifeste, sed quasi in occulto.
11. Judæi ergo quærebant eum in die festo, et dicebant: Ubi est ille?
12. Et murmur multum erat in turba de illo, quidam enim dicebant, quia bonus est; alii autem dicebant: Non, sed seducit turbas.
13. Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Judæorum.

## VERSUS 1.

*Ambulabat Jesus in Galilæam, non enim volebat in Judæam ambulare, quia quærebant eum Judæi interficere.*

## Ambulabat Jesus in Galilæam.

**1.** — Evangelista in principio capituli hanc dictionem premitit : *Post hæc ambulabat*; quam dictionem Toletus considerans scribit : « Post hæc quæ « Dominus operatus est miracula, et post altissi- « mum sermonem de ejus carne et sanguine in « cibum et potum vite æternæ dandis. » Filius enim Dei tunc maximas ab hominum malignitate recepit injurias, quando se erga nos summe exhibuit beneficium : *In qua nocte tradebatur, accepit panem*, etc. Theosaurus omnium, quos nobis in Ecclesia reliquit, pretiosissimus, tunc precipue ab eo nobis est collatus, quando homo ad mortem illi machinandam armatus erat.

**2.** — Salmeron ponderat verbum illud, *Ambulabat*: « Verbum *ambulabat*, Græce, *versabatur*, sive « conversabatur, ut intelligas eum otio deditum « non fuisse, sed salutem hominum semper, quod

« ad se attinet promovisse. » Albertus Magnus ait : « Ambulabat Jesus auctor salutis, ubique omnibus « salutem ingrens, in Galilæam, quia facilis cre- « debant, quia inde plures discipulos vocaverat. » S. Antonius de Padua, *Serm. in hac fer.*, Galilæos homines valde simplices fuisse existimat : « Galilæi « erant homines simplices, et ideo opera Christi « non sic calumniabantur, et ideo Christus eos « multipliciter honoravit, scilicet beneficio sue « conceptionis, et suæ nativitatis, et singularitate « vocationis. » Primi enim qui ad Apostolorum tum vocati, Galilæi fuere, unde omnes Apostoli hoc titulo ab Angelo fuere appellati : *Viri Galilæi quid stans aspicientes in cælum?* Prima miracula item in Cana Galilææ patravit; ac demum hanc Provinciam pariter eligere voluit, ut in ea, post resurrectionem suam visibiliter apprensus, discipulis suis se manifestaret.

**3.** — S. Thomas, *in Joan.*, dicit : « Ideo autem « Dominus in Galilæa frequentius moratur, ut « ostendat nobis transmigrandum esse de vitis ad « virtutes, » siquidem *Galilæa* idem significat quod *Transmigratio*. Hugo Cardinalis dicit : « Galilæa, « quæ interpretatur rota, vel transmigratio, signi- « ficat ærumnas et miserias, in quibus rotantur et